

E O R V M Q V E A C C I D E N T I B V S .

buſtione liber, ſiue Diurnus ſiue nocturnus fuerit, dat annos ſuos maiores. In ſeptima, Quarta, Nona uel Secunda, cum poteſtatibus prædictis, dat annos medios. In Tertia, Octaua, Sexta, uel Duodecima, dat annos minores &c.

Iupiter & Venus in omni aſpectu ad Alchocoden, addunt annos ſuos minores. Hoc idem facit Mercurius, dummodo fortificatur, & aſpicit Alchoden ex ſextili uel Trino, liber ab infortunis exiſtens.

Luminaria ſi aſpiciunt Alchocoden ex Sextili uel Trino, addunt annos ſuos minores.

Alchocoden in caſu ſuo, uel retrogradus, aufert medium dati. Combuſtus, aufert totum datum annorum, & pro annis dat meſes uel dies. Luminaria ex Coniunctione, Oppositione, uel Quadrato, minuunt annos ſuos minores. Coniunctio, Oppositio, uel Quadratus Saturni uel Martis ad Alchocoden, minuunt annos ſuos minores. Infortunarum aſpectus Trinus uel Sextilis, neq; addunt, neq; minuunt.

Et licet multi ex diſpoſitione Alchocoden, terminos uitæ pronunciant, uidentur tamen à præciſione aliquando diſcedere, quare potius ſtandum eſt cum Ptolemaeo qui dirigit Hylech ad interfectores, pro extrahendo tempore uitæ hominis contrario &c.

Victorem ſeu Dominum genituræ extrahere.



Ide locum Solis, Lunæ, Aſcendentis, Partis fortunæ, Coniunctionis uel Oppositionis luminarium mox præcedentis natiuitatem, quibus appone Dominum Domus, Exaltationis, Triplicitatis, Termini & Faciei, ex tabula dignitatum eſſentialium planetarum, & quicumq; ex planetis maiorem numerum dignitatum ſimul collectarum obtinuerit, is erit uictor ſiue Dominus, Genituræ propoſitæ natiuitatis hoc uide exemplum.

						♀ 4 ♂ ☉ ♀ ☿ ☽						
☉ 11 ♍	♂ ☉ ☉ ♂ ♀ ☉			8	8	2						
☽ 19 ♌	♂ ♀ ☽ ☿ ☉			5	1	3	2	3				
Aſcendēs 26 ♎	☿ ☿ ☽ ♀ ♂ ☿	3	2			10	3					
☉ 4 ♉	♀ ☽ ☽ ♀ ☿	3			7	1	7					
♂ præc. 8 ♍	♂ ☉ ☉ ♂ ♀ ♂			9	7	2						
	Dom	Exal.	Trip.	Term	Faci.	Digni, plane. eſſentialis collectæ						
						6	0	24	16	14	13	13
	5	4	3	2	1	♀ 4 ♂ ☉ ♀ ☿ ☽						

Victorem igitur huius natiuitatis ſupra 5 loca Hylegialia, Martem cum participatione